This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Sei sorti di Machine)

1 Axis — come le cale dove s'aggirano le ruote del carro
2 Vecte — come la stanghetta della bilancia — come
3 troclea — come i carghi che girano ... — come
4 coclea — le ...
5 fibra — il buso della stanghetta della bilancia
6 cuneus — così

diaria . alic...
... da cauce . Analecta
... Agrabo
... orso . armus ouillus
...
... ... arvoasa
... ... elixa
... ... insculenta
... mago casei quadra
... caseus descobinatus
... carestia
... la prima messa
... sacerdotis
... nel quale cantano messe la ... più
... collatia
... condimento
... delicati ...
salcizza ... farsimen
la ... del ... stessa
il brodetto ...
bucone mostaccioli ...
vincolo . morer
marzapano panis cascalarites
pan buffetto panis sponziosus



858
51230
P65

# PINDVS IN LYCEO

## POETICI FLORES

IN

*Illuſtriſsimum, & Reuerendiſs. D. Abbatem*

VRBANVM SACCHETTVM

Publicas Philoſophiæ Theſes Bononiæ propugnantem.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Card.

IVLIO SACCHETTO.



BONONIÆ. MDCLVIII.

Typis Iacobi Montij. *Superiorum permiſſu.*

EX LIBRIS
HIERONYMI TVSCHI
ARCHIDIACONI
REGIENSIS

# EMINENTISSIME

## AC REVERENDISS.

### PRINCEPS.

EN te tibi, Eminentiſsime, & ſemper, & ab omnibus Reuerendiſs. Princeps. Recurre oculis iuuentutem tuam. Si hoc tibi non hìc, vbi alibi? Tandem, heù tandem inuentum quod dignum te tibi ſacrificaretur. Vitulus labiorum noſtrorum. Olocauſtum laudis. Arbori fructum; Sidus Coelo; exemplum archetypo.

 Quid

Quid offerri poterat tibi precioſius., amabilius? Vtere hac conſolatione ( filius enim ſapiens lætificat parentes ) ad diù viuendum. Rogant te, tui, exteri, omnes, ſeculum ipſum, cuius es potior, & glorioſiſsima portio. Faxit Deus.

Humillimus, & addictiſsimus ſeruus.

*D. Ioan. Bapt. Manzinus.*

OPPORTVNE, VIATOR,
Deerant enim arcui huic triumphali ſtatuæ,
quas ſpoponderat ſtupor.
Siſte.
Ad tantæ virtutis memoriam firmantur lapides ipſi.
Sede.
Tam grandis, & ampla narratur hic Virtus,
vt nec elogio fas ſit eſſe breue.
Plaude
VRBANO SACCHETTO
Viro
Illuſtri, etiam trilluſtri.
Quadrato, etiam in circulo.
Magni nominis, & nomini reſpondentis ingenij.

Orator, Poeta, Geometra, Philoſophus, Theologus,
nec dicendus, nec ſilendus
ſine cura.

Puer, ſi annos computes; ſenex, ſi labores.
Singularis exempli, etiam ſi olim fuiſſet.

Ne in Cœlo exiſtimes natum, in thuſcia ortus.
Ex
imaginoſa SACCHETTORVM Proſapia,
Æuo coæua.

Ex

Ex parentibus,
Quibus pars naturæ eſt eſſe bonos.

❧

Origo ipſa iam gloria eſt. Laus nobilitati connaſcitur.
Idem dignitatis, & vitæ principium.

❧

A longa ætate elaborata hæc vena producit primarios.
Neſcit inde aliquid defluere mediocre.

❧

Tot probati quot geniti, & quod difficillimũ, cũ electa frequẽtia.

❧

At quid hæc?
Quæramus ſanguinem cum homines commendamus,
non cum angelos.
Auorum luce non indigere, maximus ſplẽdor in nepote.

❧

Vix natus,
Vt claritatem ſanguinis profiteretur, ſe dedit ſudoribus.

❧

Lactea illi, pudicitiæ ſuæ conſors, & concolor mala.
Decora frons, maieſtatem generis referens.
Iucundus aſpectus, quem nulla poſsit ſuſtinere triſtitia.
Iucundior ſermo, qui nihil grauius minari poſsit abſceſsu.

❧

Quid de illa celebri verecũdia, quæ laudes repellit, etiam dũ compellit?
Quę vſq; ad humerorũ (dicã ne ſpe, an inuidiã?) purpuraſcere genas facit?

❧

In

In fœmina oculos, in maſculo linguam corrigit.
Teſte hoc tenello Catone, quis, nec verum, iurare audeat?

Remiſſo aliquando animo, nunquam ſoluto, in ipſo iuuentutis flore,
maturis moribus lubricam frænauit ætatem.
Egit virum adhuc puer,
Diutius in biliotheca quam in patria.

Cum nouerit inertiam oblimare ingenium,
ſtatuit virtutem ſudore parandam.
Sudauit & alſit.

Semper ei otiũ ad ſtudia, ferè nũquã ad ſomnũ, nil magis
in ipſa morte perhorreſcens, quam quod ſomnus ſit.

Elegit ſibi magiſtros, & directores,
quos magis admireris cùm videris, quàm cùm audieris.
Qui cùm dixerint quid faciendum, faciendo comprobat.

Doctrinam parauit, vt frueretur, non vt iactaret.
Vt ſaperet ad erudicionem, non ad luxuriem.
Intemperantiæ genus eſt plus ſcire velle, quam ſatis ſit.
Hoc eſt ſcholæ ſtudere, non vitæ.

Studebat, vt ſolidior aduerſus Fortunam dureſceret, non vt magnifico
Philoſophi nomine ſegne otium velaret.
Hoc eſt in ipſo ſale putreſcere.

Tegebant eũ parietes,nõ abſcondebant; quos plerũq; circũdatos nobis
Iudicamus,nõ ad viuẽdũ tutius,ſed ad peccãdũ occultius.

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Duxit ſenellã indoleſcam emendatè, vt nihil in eo deſideraretur,
præter immortalitatem.

Sãctiſsimis moribus,etiã puer,iudicari meruit ſacerdotio.
Æſtimandus virtutibus non annis.

O aurei ſæculi reliquias!
O IVLII, maiorum maximi, breuis, ſed exacta imago!
Fama erunt noſtri temporis tui mores,
Facilius enim eſt inuenire nidulũ phœnicis,quã iuuenẽ pudicum.
Tu
Quid vnquam amaſti, præter virtutem? odiſti, præter ignorantiam?
Timuiſti, præter Deum?
Ignorat,VRBANE,ſolem,qui pietatẽ tuam non nouit, & veneratur.
Vix natus, vt flamma, acuiſti te Cœlo.

Magnum te fecere natales, diuitiæ, ſcientiæ,
Maximum pietas, & religio.

Deuotio ſupra ætatem. Virtus ſupra naturam.
Animus
rectus, non erectus.
Ex veritate omnia, ex opinione nihil.

Si

Si oratorem in ſuggeſtũ agis, timetur ne deſinas;
Si Philoſophũ in circo, cum leonibus ludis, tãquam cũ agnis.

Nil minus in te potuere iuſtitia, & pietas, q̃ in ceteris timor, aut neceſſitas.
Nunquam in te contẽptor ille cæterorum faſtus, commune nobilitatis malũ.
Nunquam recte feciſti, vt facere videreris; ſed quia nõ aliter faciendũ eſſet.

Quod tẽporis momentum aut benefactis ſterile, aut vacuum laude?
Maior in te benignitas, quã poteſtas. Par æquitas, & voluntas;
fortuna inferior charitati
Hoc verè eſt per diuina ire veſtigia.
Et quid eſt
De vniuerſo hominũ genere benè mereri, ſi hoc nõ eſt?

Cũ omnibus habere te amicum expediat, magis tamen libet.
Semper omnibus beneficus
Etiam ſi nihil dederis præter exemplum.

O homo virtuti ſimillimus, et per omnia Diis, q̃ hominibus propior.
Vicisti famam virtutibus tuis.

Obmuteſco.
De quo infinita ſuperſunt, nõ poſſũt dici, niſi paucioribus.

Salue heros, quem vulgari ore laudari piaculum eſt.
In te, in te
Quod in Deorũ ſimulacris pietate fit, facit eloquentia.

Vbi capita floribus redimiri non poſſunt,
corona ſtatuitur ad pedes.
Laudaui genus, mores, ſpeciem, ſtudia, & fortunā tuā,
Non te;
Ecquis valeat laudare victorē illū omnium voluptatū
Animum,
Emendatum, carentem vitio, diuitijs ſine auaritia,
Honoribus ſine ambitione, voluptatibus ſine luxuria perfruentem?

Siſte, ſiſte, calame.
Sat prata bibere.
Modeſtia renuit auſcultare.
Cedendum.
VRBANE, merentem laudare iuſtitia eſt.

Carmen amare ſolet, digna qui carmine facit.
Et cur non reſpondeat laus interpellata, ſollicitata?

Parce, ſed parcè laudanti.
Immò nec laudanti.
Virtutē in te, non te laudaui, & hoc nō vt extollerē te,
Sed vt cæteros hortarer.

Et quid diuinius, quam proponi exemplar virtutis?
Nemo eſt laudabilior eo, qui ab ōibus laudari debet, à ſeipſo dedignatur.

Parce; ſi nequimus parce, rogo, deficienti.
Vacat, fateor, mota mens Numini, inſufflanti; at manus nō reſpōdet.
Strangulat enim calamū nimis acta, & citata admiratio.

Veritati, non amicitiæ,
Quærens gloriam ex deuotione,
Æternum ſtatuit
IOANNES BAPTISTA MANZINVS.

*Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.*

# VRBANO SACCHETTO,

Philoſophicas theſes publicè ſuſtinenti.

## DISTICON.

SVpremi reſerans, imiq; recondita Mundi
Condignus gemini clauibus orbis ines.

*Aliud.*

ABdita Naturæ, ſi Cæli miſtica pandis,
Hæc Natura dedit, tradidit iſta Deus.

*Aliud.*

SVſpicis Vrbanum penitus quod ſidera norit?
Montibus in CHISIIS at propiora videt.

*Excel. Franciſci Ferrarij.*

RYTMVS

# R Y T M V S

## *In eodem Illuſtriſs. D. Ab. VRBANO SACCHETTO.*

Filium doctæ liquidum ſorores
Vngulæ ſiccis date nunc labellis,
Quo TRIVMPHANTI licitis duellis
Præbeam iuſtus meritos honores.
Nobiles paſſum Sophiæ labores
Laureis FVSCVM CAPVT eſt flagellis
Condecorandum. Themidi Rebellis
Gloriæ indictos renuens nitores.
Erubeſcentes ſileant Athenæ.
IVLIVM SIDVS radijs creatum
Felſinæ dotis. Dryades amænæ
Lacrymant Arni, quia nunc beatum
Inuident Rhenum. Satis at Camænæ
Sit meæ HETRVSCVM ceciniſſe NATVM;
VRBANE, TV reatum
Tolle peccanti calamo, qui Amoris
Pignus adſcripſit Tibi, non decoris,
Nam laus canentis oris
Nulla SACCHETTAM CELEBRARE PROLEM
EST VELVT NIGRO LINEARE SOLEM.

*D. Iacobi Antonij de Corte.*

*Si celebrano gl' Illuſtriſſimi Signori Abb. e Caual. Sacchetti Fratelli.*

OH qual mouon frà lor con nobil arte
Due gran germani Eroi gara d'honore,
Hà ſaggio l'vn, l'altro feroce il core,
L'vn di Palla Campion, l'altro di Marte.

Queſti pien di ſaper, quel di valore
Dubbio è chi toglie altrui vanto, ò parte;
Scopron ambo frà l'armi, ò frà le carte;
Ne licei, ne gli aringhi, arditi, ardore.

Calca Togato l'vn, l'altro Guerriero
Quegli cinto d'Allor, queſti di Palme
Catedra eccelſa, e volator Corſiero.

De' Meriti vna ſoma, vn de corſiore Salme,
E in certo fan qualſia Trionfo intero
Vincer' i petti, ò pur conuincer l'alme.

*Del Sig. Senatore Geſſi.*

Hic, vbi Felſineas per plurima limina Quercus
Nomen SACCHETTVM promeruiſſe vides;
Antiquum meritum tua lauri meſſis adumbrat,
Et potius es Patrum continuatio Nepos;
Ille ſenex teneram produxit ad ardua mentem
Conſilio, illius Pallas es ipſe Iouis.

L'Oblio, la Morte, il Tempo, o ſaggio Vrbano,
Furo de' tuoi ſudor la meta, e'l ſegno;
A ferirli piegaſti l'arco d'ingegno;
L'honor fù'l dardo, e la Virtù la mano.

L'intelletto, con occhio acuto, e ſano,
Sfuggì d'errori ogni fallace impegno;
Nè velo alcun giammai oſcuro, ò indegno
Vibrar permiſe le ſaette in vano.

Sedendo hai vinto. Ecco la Gloria appreſta
Al valore d'vn'arco archi infiniti,
E d'immortale allor cinge la teſta.

Creſcon nel tuo gli alti trionfi auiti,
Che i tuoi Maggior, con palme eguali a queſta,
L'Oblio, la Morte, il Tempo hanno ſcherniti.

*Del Sig. Diego Gera.*

## *Ad Emblema Illuſtriſs. Ab. Sacchetti Theſibus præfixum.*

Hàc iter, Heroes, qua rupibus arduus altis
Mõs ſublime petẽs durũ caput inſerit ASTRIS.
Hæc via Virtutis labor hic ſcandentibus altum,
Aſt honor, & merces manet alto in vertice feſſos.
Cælo degeneres animos timor arguit, at mens
Non oblita ſuæ cæleſtis originis alas
Induit, & leuibus nectit talaria plantis.
Aſpice, vt armatus ferro, ceu præpete penna,
Fortis Alexandri miles petit ardua, & arcem
Rupibus impoſitam penetret per tela, per hoſtes.
Vos ſeptemgeminos fælici ſydere montes,
Vnde petit, redditq; exempla, & premia Virtus.
Et ſuperimpoſitum te ſanctum ſydus adoro.
Tu vero interea fælix, Vrbane, ſecutus
Auſpicium tantum, ſummoq; in vertice ſignum,
Quem rapit ardentem virtutis ſplendor, & altè
Tendentem non dura tenent, non aſpera terrent,
Obuia quin animos addunt, vireſq; miniſtrant.
Vt labor Alcidem Cælo dedit, & Ioue dignam
Monſtrauit ſobolem, ſic magno, Vrbane, nepotem
Te non indignum patruo probat æmula Virtus.
Nec tibi ſat patrui clareſcere laudibus, at quem
Clauibus, imperioq; ornandum cenſuit, ipſe
Suſpicis, illius, & ſequeris magna omina tutus.

Hinc amor Aonidum te per ſublimia montis
Pierij ducit, labor hinc, quo noſcere cauſas
Naturæ tentas, cunctarumq; abdita rerum,
Et terras, tractuſq; maris, Terræq; profundum.
Quo ſuperas nubes, & quæ Iouis ira quietum
Aera commoueat, tonitruq; & fulmine gentes
Terreat, & totum vt quatiat mediraris Olimpum.
Quo ſuperas conuexa poli, ſoliſq; rotatus
Lunæq; aſſequeris, diros quæ cauſa Cometas
Incendat, monſtretq; nouas ſuper ethera ſtellas.
Nec ſatis; Empirei tentas penetralia Cæli.
Quid puras recreet mentes, quò numine plenæ
Æternum nulli viuant obnoxia curæ;
Hæc tua ſunt ſtudia, hæc oblectamenta iuuentæ,
Dum nondum prima veſtis lanugine malas.
Quid tua non magni mollitur firmior ætas?

*Ioan. Dom. Caſſinius.*

ILLV-

# ILLVSTRISSIMI D. VRBANI SACCHETTI

## Ex Philoſophica propugnatione laus.

*Naturæ nundinantis proſopopœia.*

AT nos auaro cogimur Aeaco
Faſtidioſam promere copiam
Non ante depromptam, & paciſci
Attalico pretio; rapaci

Ne dedicatas ingenio licèt,
Exponat vltrò conſcia Veritas
Alto repoſtas in receſſu
Diuitias operoſiores?

Laborioſis crebra tumultibus
Prægeſtientis Porticus impulit
Me non iniquis hùc Stagiræ
Fœnoribus facilem reuinci.

Tu litteratæ ſydere Gloriæ,
Et temperati Pectoris hoſpitâ
Virtute, tranquilliſq; morum
Ignibus, ingenuoq; vultu

Doctus ferire, & grata ſupercilj
Cedrum ſereni fulmina mittere,
VRBANE, vincis, quà vocantis
Verteris in pretium, ſequacem.

Inſanientis non benè conſilj
Vis vna nummo paupere nundinas
Exercet, afflictæq; luget
Parcus opum ſua damna ſortis.

Mercede curtà non ſtudij ſedet
Mutare lucrum turpè ſcientiæ; at
Venale Virtus proſtitutum
Omne petit ſibi nundinanti.

Sic eſt. Recluſo proſtituo ſinu,
Dijudicata lite, negotio
Virtutis amplam mercium vim ad
Auſpicium melioris auri.

Eoa ſic dum quadriiugo ſuper
Curru repexis vecta iugalibus
Phœbi ſupellex vagientis
Deſpuitur, roſeiſq; loris.

Immixtus vndat fertilis aureæ
Imber diurnæ lucis, & vbere
Cenſu reuecto, prouocantur
Fœnus ad æthereum ſagaces;

Enauigato cautiùs æquore
Conca profundo, candidus inſtitor
Ne ei, reſciſſe neſciens com-
mercia diſſociata terræ,

Non vſitatas ſcilicèt Vnio
Merces repando prodigit alueo,
Et fœneraturus ſupinat
Cæruleam ſine fraude gazam.

Exuberantes mentis anhelitus
Compone cautus; fræna licentiæ
Immitte mercator; ſat eſt de-
ſiderij benè fœnerantis.

Quà ſe tonantem fulmineis Iouem
Vterq; Titan ignibus exhibet;
Atq; in reluctantes procellas
Compoſitis dominatur armis;

Vel

Vel quà laborat ponderibus ſuis
Librata tellus; quà gemit intimis
Vmbris ſilentum, pertinaci &
Exitio cumulat ruinas;

Amplexa quidquid nec violabili
Nexu reuinctum contineo, tuæ
Mentis ſub imo temperatum
Omne tenes, pretioſus Emptor.

Mœres ſed altùm, plena capacitas
Implenda reſtet quòd tamen Ingenj
Ad vſq; formoſam ſupernæ
Inuidiam, opprobriumq; Sedis?

Inominatæ Suada ſcientiæ
Fallit libido. Summa neceſſitas
Tributum in Vrnæ nec ſolutum
Pauperiem reliquam repoſcit.

Hæc illa. Læuùm & murmurare dextero
Tonare Purum, fulgure proſpero
Diſcedere, innubiq; campo
Sydera deproperare ſaltus;

 Quà

Quà ſe frementum Plauſibus euehit
Effulgurantis Nominis eſſedo
VRBANVS audax, & reclinis
Ætra vocat ſibi deſtinatum;

Hunc Vaticanæ dum Plaga lucida
Suſpirat ædis; ſydere IVLIO
Sydus morari; ardet morantem
Lumine purpureo coruſcum.

Eo-

*Eidem Illuſtriſsimo.*

MAximè, dum rerum cauſas, SACCHETTE, tueris,
Pectore, & intrepido bella inimica ſubis;

Palladis inſigni pugilem vibrata ferire
Ægide munitam ſpicula nulla queunt;

Pugnantem Sophiæ te docta Bononia arenà
Spectat, & eloquium, quod venit ore, ſtupet.

Porticibus Muſas doctis, VRBANE, Stagiræ
Iungis, & in Pindo doctà lycèa colis;

Non tortum entymema paues ſermone rotato,
Nec tibi Sortites, forte Dilema nocet;

Suetus nempè diu Parnaſſum habitare bicornem,
Quod iaculum duplex temnis acumen habet.

*Excel. D. Michaelis Bonuicini.*

CAN-

## O D I E.

DE' bei celeſti lumi
Nel tremulo Zafir ſiggio vrimiti
Il Battrio Rè d'amico trino il moto,
Come del Polo ignoto
Nel tenebroſo Ciel, con lenti giri,
Le lunghe notti il pigro Arturo allumi;
Che non potrà di ſua nemica ſtella
L'influenza sfuggir troppo rubella.

Emulo di Natura
A' più graui metalli il volo inſegni
Il mirabile artefice Sicano.
Faccia a lo ſtuol Romano
Cader, dal Sole incenerici, i legni,
A cui terſo criſtal figli l'arſura,
Che formerà, da crudo acciai depreſſo,
A le linee ſue punto ſe ſteſſo.

A la ſquarciata prole
Del credulo Teſeo renda la vita
Medica man de l'Epidaurio Dio;
Ad onta de l'oblio,
Voli di lui la fama, e figlio al Sole.
Aromati Panchei gli offra lo Scita,
Che trouerà da irreparabil ſorte,
Nel dar vita ad altrui, la propria morte.

Entro a volumi immenſi  
De la terra ſuelar gli occulti arcani,  
De l'Atheſi procuri ardito il ſaggio;  
Ne l'ondoſo viaggio  
De' muti viatori i moti ſtrani  
Miri, e come d'amor nuotino accenſi;  
Che ſe gl'infiamma alto penſier le voglie  
Haurà ne' ſolfi Etnei l'vltime doglie,

Moua sù Teſpia cetra  
Arco Febeo; ſnodi le voci al canto  
Lo Stramonio Cantor à l'Ebro in riua;  
Faccia che ſpiri, e viua  
Tolta Euridice a la magion del pianto.  
Pietà doni al Leon, ſenſo a la pietra;  
Che da ſtuol di ſacrileghe Baccanti  
Terminerà dilacerato i canti.

Sù nauigati argenti,  
L'acquiſtate ricchezze al ſuol paterno  
Porti di Lesbo il mercator canoro.  
Che dal ſuono de l'oro  
Incantato il nocchier farſi già ſcerno  
Vliſſe al canto, & aſpide a' lamenti,  
E ſe ſcampo ei trarrà dal molle faro  
Sarà mercè di vn guizzatore argento.

Sù la Palladia ſede
Le numeriche forme, o le miſure
L'Arabo Clitonco ſudandoſi impari.
L'arte occulta riſchiari
De' peſi; e a le fatidiche figure
Di lui preſti l'Enotria intera fede,
Che in premio haurà l'affaticato ingegno
Da le mura Spartane eſiglio indegno.

Ne' ſecoli vetuſti,
Allhor, che tutta d'oro era l'etade,
Sfortunata Virtù così viuea?
Da l'Etra odimi Aſtrea,
Tù che con giuſta lance, e marre, e ſpade,
Scettri, e vomeri libri, e'l Mondo aggiuſti,
Mira deh mira come hoggi s'honore
Da Felſina di FLORA il più bel fiore.

Mira come de' Cieli
I più occulti ſentieri, e de la terra
Con la mente le viſcere ei paſſeggi.
Come ardita gareggi
L'Arte, e faccia a Natura eterna guerra.
Ciò che di Coo maſtro ſouran riueli.
Come s'accordi a ben temprata lira
Muſica voce, e ciò che Febo inſpira.

Al ſuo ſapere è poco,
Perche tal'hor fatto ſuperbo il mare
Corra ſdegnato a flagellar la ſponda,
Come inquieta l'onda,
Con moto alterno agiti l'acque amare.
Come s'innalzi a la ſua sfera il foco;
Come ſcoſſo improuiſo il ſuol traballi;
S'eſtolla in monti, ò ſi profondi in valli.

Nel tuo ingegno ferace,
Pregiato VRBAN, chi non rimira accorto,
Ch'ogni rara virtude eterna viue?
Da le fiorite riue
Del Fiume Toſco, e da l'Occaſo a l'Orto
Qual non vola di Te grido verace?
E quai, ſul picciol Reno, i tuoi ſudori
Creſcer non fanno, e pullulare allori?

*Del Sig. Paolo Moſcardini.*

TVlcia, nobiliũm genetrix fæcunda Virorum,
Sacchettum iactat poſteritate genus.

Protulit VRBANVM, Patrui qui limine pergat
Vrbis, & æquè orbis, qui ſua ſceptra rotet.

Quis maior? Patruus, ſacro quià fulget in oſtro?
Vrbanum & faceret Purpura ſacra parem.

*D. Filippi Boſij.*

IVLIVS Etruſco rutilat ceù Phœbus in axe,
Fax cui purpureo prodigioſa micat;

Quin dubium; maiora facis, maiora ne Solis
Lumina; Sol Patruus, fax radioſa Nepos.

*Eiuſdem.*

# BIVIVM HERCVLEVM

## SIVE

## ODE.

INtemperantis littus inertiæ,
Falſiſq; ſacros delitijs lares
Deuetit VRBANVS gregemq;
Liquidiore ſalo natantem.

Non huc vocatam flamine dextero
Virtutis alnum ſcit, neque Pectoris
Vrgente flamma hùc fertur, aut fax
Vlla viam notat hanc Auorum.

Vectum ſe ad amnem ſenſit, vbi vibrans
Intaminatæ fulgore gloriæ
Totuſq; luſtratur fideli
Luce globuſq; habituſq; Rerum.

Hìc fixus hæſit lumine. Tramite
Diſciſſa bino ſemita claruit:
Flectit ſiniſtrorſum Voluptas,
Sed Sapientia dextra pergit.

Gaudere læuam vidit amabili
Sub vere florum, & gurgite nectaris:
Sed dextra mæret tetricaq;
Sub facie nigricat ſeuorum.

Delectat huius, ſed tamen orbitæ
Signare glebas. quale probrum eſt, ait
VRBANVS, honorem vel vno
Diſſimulare gradu, vel vnguem.

Tu me ſacratis inſere cœtibus
O docta Virtus: Senſibus eſt vigor,
Cordiq; votum par labori,
Menſq; tuis benedicta flammis:

Et vos iuuentæ labilis otia,
Bullæq; vani ſyrmatis exterior;
Virtutis en dulce eſt rigere
Sub galea, clypeoq; & armis.

Audiris. Albo iam ſapientiæ
Vrbane ſcriptus, corde ſuperbiam
Nutrire dignam commoneris,
Ingeniiq; rotare vires.

Imberbis iuuit de biuio pari
Virtutis ad quæ geſta Tyrinthius;
Tu laudis ingens æmulator
Greſſibus herculeis inhære.

Par iuniorum nobile, comparem
Iungatis, oro, pectoris indolem,
Tuq; Hercules doctus feraris,
Audijs Herculem vt ille fontem.

*N. N.*

*Plauditur Virtuti, alluditur Inſigni*
*Illuſtriſs. Abb. SACCHETTI.*

INgenij eſt Tibi flos, quem florida FLORA miniſtrat,
Eſt, VRBANE, Tui delicium Sophia.

Quis melius Verum a Falſo, ſi iugiter ALBVM
Diuidis a NIGRO? Nobile Stemma patet.

*D. Hyacinthi Humphrey.*

QValis amor iuuenis Floræ lectiſſima proles
Inuia tam tenero ſollicitare pede?
Res operoſa nimis cælum ſuperare petentes
Montes illato ſydera in alta iugo.
Iupiter effodit telluris viſcera in alpes
Duras vt Pyræ degeret ima genus
Suſpenſæ vt claudant homines per inane ruinæ,
Conatuſq; ſuos ardua clauſtra vetent.
Noueris Enceladum correptum fulmine monti
Ignivomo in pœnas ſuppoſuiſſe latus;
Mentior, admittunt reſerantem ſydera Petrum
RVPES, molitur CHISIA STELLA viam.
Magnus ALEXANDER grandes tibi præſtitit alas
Spernere quæis poteris culmina quæq; libens;
Tædia penſantur quantumuis longa viarum,
Sydus vbi paſſi meta laboris erit,
Credo quod terris ſublimius incubet ASTRVM,
Vt propiore quæat luce ciere gradus,
Hinc Sophico cælo frangis ſalebroſa, negatum
Militibus reliquis ſic aditurus iter.
Angelicus Thomas te ſiſtit LVCE ſub iſta,
Nec te degenerem pupula firma docet,
Immò magne gigas licet innitaris ABISSO

Ingenij Cælum tangere mente potes.
Ad primæ molis te ducit SYDVS Aquinas,
Et te ſol Thomæ ſydera ad iſta vehit;
Grandia namq; Deus toti, quæ præficit Orbi
Lumina, non alia ſunt adeunda face.
Macte noua virtute hæros fœlicibus auſis,
I, quò virtutem muricæ Tibris alit;
Quanta etenim fulget præclara purpura fronti
Humano patruus quantus in ore micat.
O vtinam Macedo communia vota ſecundet,
Maximus & noſtras ſentiat ille preces.

*Excell. Caroli Fracaſsati.*

Perge

PErge reluctantes audire, & reddere ſenſus,
Nullus in has Theſes imperioſus erit;

Te ratio, te vera monent documenta Stagiræ,
Viuit in ingenio nata Mineruà tuo.

Hauris inexhauſti precioſa volumina Thomæ,
Pandis inaſpectas ingenioſus opes;

Soluis anhelantùm ſcopuloſa ſophiſmata Patrum,
Inuentis debet priſca ſophia nouis.

Præceptis, SACCHETTE, tuis ſi paſcimur omnes,
Hæc de flore tuo pulchra farina venit.

*Excell. Hypol. Nauij.*

DIcant nunc Pierides; num melius Cheli
Verſu grandiloquo, an puluere atletico
Clara ſorde nitens impediat comas,
Ætas, quem vetus extulit
Phæbi frondibus, aut Iouis.
Alter mente calet, dum ritè ſudoribus,
Dum labente periculo
Siſtit arena pedes.

Genti proficiens ludit imagine
Plectri fraude rudi, doctaq; fabulas
Effecit ſciolum, quæ populum nouo
Mentem plena negotio,
Quæ vult comptaq; legibus
Doctis arte ſtrui; ſemper amauerat
Sacræ Palladis artibus
(Vtile) decipier.

Virtutes docuit, & increpuit lyra
Blandè, corripuit vitia durius.
Aſt quid Poſteritas durius audiet
In pœnis lapideſcere
Prædu͏ros homines nouis.
Aſt quid Poſteritas mollius audiet
Plectro ſaxa reuiuere
Iactibus innocuis.

Non

Non Sat crediderim. plauſus honoribus
Veris debuerat prælia fingere;
Sorti caſus abeſt, nec minus hoſtium
Infert cauſſa timoribus.
Spes victoria ponere
Victis, ſi ſtudeas proelia cædere
Vetat; præmio, quò cadant
Sors vbi ſola fauet.

Quid certaſſe iuuat plauſibus Iſtmicis,
Si fortuna dabit vincere; ſortibus
Inuitis potuit quis bene vincere?
Verus victor abiuerit
Victis palmaq; nobilis
Vinci ſors dederit, ſi malè dederit
Vmbrę, & creſcere clarior
Laudibus alterius.

Laudes ingenio gloria ſat, dextera
Nobis Muſa refert, ſi vtile decipi
Dignis, ne careat fructibus ingerens
Benignè ingenij ſit calor.
Sit laus hìc, vbi ſit labor.
Virtus ne ve ſuis pulſa decoribus
Probra, nec mentibus inferat
Artibus inuidiæ.

Sit

Sit luſiſſe ſatis, vera rependere
Muſis grata diù munera gloriæ.
Reſponſum placidum dicere nunc decet.
VRBANVS ſua tempora
Cinget, tempora laudibus
Vincet victoribus, ſydere ducitur
Alto; tum decus eſt honor
Clara Deûm ſoboles.

Splendens æterno lumine verius
Sertum non religat fabula fictior,
Sed quæ vera Dei, quæ ſapientiæ
Cælo fulſerit; hæc viris
Dignè præmia fortibus.
Auro ſplendidius gramen, & hædera
Olim ſic luſimus artibus,
Munere & Herculeo.

VRBANVM alta decent, Gloria te manet
Poſt Muſas ſuperis ducta latentibus
Arcanis docilis tu ſtudijs pati
Serti, ſpemq; vireſcere
Gentes edoceat color
Vmbris inuidiæ pellere fulmina;
Lauri iam poterit tui
Clarior vmbra nitens.

*Illuſtriſs. Archid. Co. Carol. Bentinolj.*

*Si allude ad ambidue i Fratelli ſudetti.*

O Stupor di Natura inſieme, e d'Arte!
O vicende belliſsime d'Onore!
Spargono i duo German nobil ſudore;
Vn fatica frà l'Armi, vn frà le Carte.

Sù i Roſtri, e sù i Deſtrieri a parte, a parte,
Vn del ſaper fà moſtra, vn del Valore,
Onde ambo di Virtù con lo ſplendore,
Nel Liceo, ne l'Agone han glorie ſparte.

O, ſe i merti di GIVLIO, omai vetuſti,
Si adoraſſero vn giorno in Vaticano
Con queſti al fianco ſuo Nipoti auguſti;

Come librar, come vibrar con mano
Si vedrebber, di Temi Arbitri giuſti,
BATTISTA il Brando, e le Bilancie VRBANO.

*Del Sig. Gio. Turchi.*

*Si allude all' Emblema delle Concluſioni.*

# ODA.

Già fatto Semideo
A i trofei glorioſi, a l'alte impreſe,
Soura l'vſo mortal palme mietea
Ne' bei campi di gloria il Gran Pelleo;
Già ſoggiogate, e preſe,
Cento, col nome ſol, Prouincie hauea;
Ne roſſor vergognoſo vnqua l'acceſe,
Trattone allhor, che 'l paſſo
Gli ſoſpeſe a la gloria armato vn Saſſo.

De l'inuitta mia ſpada
Oggi, forſe (diceua) il taglio, e'l lampo
Stan rintuzzati, ohimè, prodi Guerrieri?
Vinſe, fin'hor, fugò, s'aprì la ſtrada
In bellicoſo campo,
A tante glorie, e non ſarà, ch'io ſperi,
(Mercè il voſtro valor) sì lieue inciampo
Superar glorioſo,
E là sù, quaſi in Ciel, cercar ripoſo?

Non ſia ver, che ſi vante
  Arimaze ſuperbo, e ci derida,
  Se il Macedone cor onte non ſoffre;
  Moſtriam, Compagni arditi, a l'arrogante,
  Ch'ouunque egli s'annida,
  Se foſſe in Ciel, ali baſtanti c'offre
  Quella Gloria fatal, ch'è noſtra guida;
  Amici, a la ſalita,
  Fugga Arimaze poi, ſalui la vita.

L'Oronte inſanguinato,
  Ne' cui torbidi giri il Perſo vide
  Più naufragi il ſuo Febo hauer di luce;
  Il Caucaſo poc'anzi trapaſſato,
  Coſtui ſuperbo affide,
  Ch'oue giunge il penſier, iui ſi adduce;
  Queſto acciar, che ſicuro ognor recide,
  Del Gordio nodo al pari,
  Gl'intricati a l'onor forti ripari.

Chi di voi, Generoſi,
Non rammenta de' Perſi i gran conflitti?
Chi de' Teſſali arditi, e de' Tebani
I contraſti, d'ognor tanto penoſi?
E pur queſti ſconfitti,
Frà catena ſeruil ſtringon le mani.
Vergognoſo è l'indugio. A l'opra, Inuitti,
Che i debellati Regi
Son del voſtro, e mio brando auiti pregi.

Non ſia chi chiude in ſeno
Sotto i veſſilli miei ſpirto guerriero,
Che sù l'erta del Monte orma non ſtampi,
E non porti nel petto il cor ſereno.
Miri lo Scita altero
Cader teſchi reciſi, horridi inciampi
Del fuggitiuo piede, al vil penſiero,
Stimi amica la ſorte
S'egli pugnando incontrerà la morte.

Cada il barbaro indegno
  Trofeo de' noſtri ferri, e vil riparo
  Sia di noſtre vittorie inerme balza,
  Miſero auanzo al debellato Regno;
  Se per me ſol sì chiaro
  Al Ciel voſtro valor la Fama innalza,
  Anch'io parto di voi eſſer dichiaro,
  E' commune l'Onore;
  Aleſſandro è con voi, fugga il timore.

Così d'Amone il figlio
  Diſſe, & a pena i generoſi accenti
  De' conſorti Campion ferir l'orecchio,
  Che diè applauſo al ſuo dir rimeſſo il ciglio.
  A l'impreſa, non lenti,
  Fero de l'armi vn lucido apparecchio;
  Al nemico intimar ſtragé, e tormenti;
  Calpeſtaro quel ſuolo;
  Et à gloria immortal ſpiegaro il volo.

Tu così, grande VRBANO,
Del GHIGIO Eroe fido guerrier ſagace,
Per calle di ſudor, sù l'erto Monte
D'alta Virtù cerchi l'Onor ſourano.
Deponga pur ſua face
Per te Cupido, e da l'ardita fronre
Ad aſciugar quel pianto in cui ſi sface
Sciolga la benda, e moſtri,
Ch'egli non sà ferir chi è nato a gli oſtri.

De l'increato lume
L'immenſo a contemplar ergi la mente,
Di celeſte beltà lucida, e pura.
In trè riui vagheggi vnito vn fiume;
E ſai ridir, ch'è vn' Ente
In diuiſa vnion ſenza miſura;
Del futur, del paſſato, e del preſente
Solo Principio eterno,
Primo Motor, ch'è ſenza moto interno.

Ma che, ſtà gli otj agiato,
Frà i luſſi, frà i piacer d'aurea magione
Non poſaſti giammai, ne fra' teatri
Il cor ti luſingò ſenſo mal nato;
Di folle ambizione
Non furo i tuoi penſier ciechi idolatri;
Ma forte ſempre in letterato agone
Frà vigilie, e ſudori
Intrecciaſti al tuo crin ſerto d'allori.

Hor degnamente ſpiega
Ne' gran campi del Ciel da Batro a Tile
Il tuo pregio immortal Fama canora,
Che'l meritato honore a te non niega.
Ma ſe ad erger lo ſtile
Mi preſta vn giorno Clio tromba ſonora,
E ſia mio canto al merto tuo ſimile,
De l'auguſte tue glorie
Spero a l'Etra innalzar degne memorie.

*Del Co. Sig. Gio. Carlo Morandi.*

VR-

VRBAN, gloria de l'Arno, honor del Reno,
Felſina hora al tuo crin dee le Corone,
Già de' portici ſuoi fè vn dotto Agone
Qual noua Atene, a l'erudito ſeno.

Ben del platano Dino il rezzo ameno
Cangia in ombra miglior, fia t'incorone
Del gran Gioue Roman l'arbor; t'eſpone
Queſt'oracol dal ſen, che d'oſtri hà pieno.

Odil, Toſcano Eroe, dee'l Tebro altero
Curuar sù l'vrna tua l'ondoſo buſto
Per far'vn dì al tuo piede vn'arco intero.

Che di quel GIVLIO, al cui gran merto auguſto,
E' di Roma adorata il trino impero,
Eſſer non può il Nipote altro, che Auguſto.

N. N.

# CANZONE.

QVella Fera impudica
Di madre inonorata orrida prole;
Quella Furia crudel, che Inuidia è detta,
Che di Virtù nemica,
Trà l'ombre d'ignoranza habitar ſuole;
Gonfia d'aſtio maligno, e di vendetta,
In ſe ſteſſa riſtretta,
Viſta d'VRBAN la glorioſa meſſe,
Si morſe il labro, e queſti accenti eſpreſſe.

Miſera, e pur fia vero,
Ch'io ſcerner deggia a mio diſpetto, e ſcorno
Da sì tenera mano arſo, e diſtrutto
Il mio temuto Impero,
E ch'io mi veggia (oh con qual cuore) intorno
A tormentarmi il mio furor ridutto?
Sommerſa nel mio lutto
Diſcerno agonizante ogni mia forza,
E vn'imbelle garzon è, che l'ammorza?

Ma non ſon' io colei,
Che figlio frodi, e tradimenti ordiſco?
Che alimento Ceraſte, e paſco Inferni?
E frà gli ſdegni miei
Deſſolata guerriera impallidiſco,
E taccio a tante ingiurie, a tanti ſcherni?
De gl' inganni paterni
Eſſercitar ſaprò leggi nefande,
Che ſon l' Inuidia, e 'l mio furore è grande.

Sì, dicea l' Infelice,
Quando Palla, ch' vdia de l' arrogante
L' empie doglianze, e i barbari lamenti,
D' ira vendicatrice,
Contro l' indegna Rea, tinto il ſembiante,
Afferrò l' aſta, e con vendette ardenti
Traffiſſe gli atri accenti
De l' adirata, indi ſpiegò in tai detti
Di vn giuſto ſdegno i neceſſarj affetti.

Onde mai tanto ardire,
Temeraria sfacciata? Il Grande VRBANO
Del Cielo di Virtù ſtabile Alcide
Tentaſti di ferire?
E ſapeſti inuitar l'orrida mano
A compir ciò, che ordir voglie omicide?
Ne l'ira tua s'auide,
Che in van fremea, s'ei de la fronte al trono
Porta deſcritto ogni or, Di GIVLIO io ſono?

Sò ben, sò ben, che ſai,
Che a quel GIVLIO famoſo egli è Nipote,
A le cui glorie è picciol campo il Mondo;
A cui, nò, che giammai
Il debol arco tuo nuocer non puote;
Nuocer non puote il tuo penſiero immondo;
Or dal centro profondo,
Contro il Nipote arruoti il tuo deſio,
Se già ti ſteſe il glorioſo Zio?

Fuggi dal mio Liceo
Rapida, come lampo, empia malnata,
O di nouo queſt'aſta in ſen t'immergo;
Non contamini vn reo,
Vn moſtro qual ſei tù, furia ſpietata,
Queſto ſublime, e venerando albergo;
Che il mio lucente vsbergo
Di propria mano al Generoſo appreſto,
E di lui ſpettatrice io quì m'arreſto.

Diſſe Palla, ed allora
Piombò l'Inuidia a i ſotterranei caui,
E ſeco in vn le frodi ſue tradite;
Poſcia, ſenza dimora,
La Dea, c'hauea ſuenati ad Ibla i faui
Spruzzò al labro d'VRBAN ſtille gradite,
Ed ei, l'armi veſtite,
Con tale ardor, che il ſaggio ardire agguaglia
Si portò frettoloſo a la battaglia.
Canzon già ſi combatte,
Ma ſempre vince VRBANO; or doue ſei?
A celebrar t'appreſta i ſuoi trofei.

*Del S. D. Gio. B. Pellicani.*

Quæ

QVæ ſub excelſi pia tecta Templi
Agmina inſiſtunt? procul ecce Pindi
Culmen applaudet, procul ecce gaudet
Sylua biuertex.

Gaudet in blandis Helicon fluentis,
Murmurat grato fluuius ſuſurro,
Manat & limphis propiùs reductis
Carmen abundè.

Deſides curſu reuocat Camœnas
Phæbus, audacis prohibetq; plectri
Otium; lætus vigilat remoto
Vertice Pindus.

Flora pacatos reſoluta campos
Crinibus Peplo rutilans amœnat,
Floridam laſſæ renouat iuuentæ
Nectaris Hyblam.

Torpet in tanta própè mens quiete,
Excitat buxum, vetereſq; Muſæ
Poſtulat cantus, ebur vſque tractat,
Soluit & auras.

Annuit Phœbus, lyra digniori
Perſtrepat plauſu cohibere frœnat
Candido ſurgens *Helicone* metro
Carmina nutu.

Ergò gaudentes reuocans ſorores
Prouoca tantos Polyhymna niſus
Ne diù menti titubans reſiſtas
Diua iubenti.

Duplicem cantes Ducis ipſa palmam,
Indue, & montis iuga Bina Cyrrhæ,
Ipſe ſublimes referam triumphos;
Numina ſuadent.

Ille, qui forti docuit Palæſtra
Peruigil centum numerare palmas,
Ille qui noſtros premit vſque campos
Dux erit ille.

Quem vel VRBANI renouaſſe geſta,
Siuè ab VRBANO didiciſſe dicas,
Singulis claræ vaga dum Sophiæ
Dogmata præbet.

Si triumphatas poſuiſſe laurus
   Vidit Atletas, Stoa quos patrauit,
   Verba non doctas populaſſe mentes,
      Verbera dicas.

Sed quid audaces petimus volatus,
   Muſa? quis tantos cumulare nexus
   Cogimur? Sat, ſat; volucres per auras
      Fama perennet.

Fama centenis onerata ſertis
   Patrui, quo non ſacra Purpuratùm
   Roma maiorem decorauit vnquam.
      Fama perennet.

*Excel. Hieron. Buſelli.*

Hor

OR, che al fiorir del giouanetto Aprile
Noua foglia Arbor freſca armar ſi vede
E con perpetua impareggiabil fede
Far ritorno a le piante il fior gentile.

A i più vaghi piaceri ogni huom più vile
Volge i penſieri, e fà del Tempo erede
Ogni cura mortal; ma non s'auuede,
Che precorre al morir l'età ſenile.

Tu, feconda a te ſteſſa, Anima altera,
Mentre altri gode a ſecondar gli orgogli,
Teſſi a l'vltima età la Primauera;

Anzi dal ſen virtù maggior diſciogli,
Se ne l'April di tua ſtagion primiera
Frutti d'Eternità, non fior raccogli.

*Del medeſimo.*

A Te., Signor, che di ſperanze vere
Sei Mondi empiſti in sù'l fiorir de gli anni,
Sono ageuoli pene, e lieui affanni
Capir di vn Mondo ſol le parti intere.

Quindi il ſuol prendi á ſcherno, e da l'altere
Cime di vn MONTE al Polo ergendo i vanni,
Laſci l'vſo de' ſenſi, altrui tiranni,
Per ſolleuarti a Dio ſoura le Sfere.

Ma ſarà pago il tuo deſir ſourano,
Quando à GIVLIO, il gran Zio, con giuſti onori
Porgerà Pier le ſacre chiaui in mano.

Allhora ei ti aprirà gli ampi teſori
Del Cielo, e ſul tuo crine in Vaticano
Mariterà le Porpore a gli allori.

*Del Sig. Girol. Deſid.*

Dis

DIs ſacram Vrbem falſis' Plato erexerat olim;
Vrbanus melius, doctius ipſe facis.

Eſt vera eterna, ingenio quam promis alto
Arx tua ſupremo tecta, retecta Polo.

*Excell. Ouidij Montalbani.*

FElſinea egregium miretur Pallas Alumnum,
Et capiti caro debita ſerta ferat.

Inferiore tamen cingentur tempora ſerto,
Dignius VRBS nutrit collibus ALMA ſuis.

Roma parat ſertum, patrio quod ſtipite fulget;
Quodq; tui ſolitum eſt nominis illa parat.

*D. Com. Ioan. Aloyſi de Zanis.*

Et

# EMBLEMA

*Philoſophiæ theſibus præfixum.*

MOns ſtet inacceſſus, ſtet apex, ſtet inhoſpita rupes,
Menti, ac virtuti eſt inuia nulla via.
Ardua iter fit cauſa viȩ; laus, meta laborum;
Lux, Dux ſplendoris, gloria, lucis honor.
Principum ALEXANDRO ſub REGE, ac numine regū
Fortior VRBANO millite nullus erit.
Tutor amans Sophiȩ, ac Deitatis acerrimus Heros
PERSÆ nullus adhuc ſic metuendus adeſt.
Verè habet is PENNAS PARNASSI, ac ocyor ALAS
Famigeras celeris Pegaſi is Ales habet.
Montis ſeptenni eſt mentis ſublime cacumen;
Vim fortuna comes, vis dat in aſtra viam.
Aut IOVEM ALEXANDRVM his imponit MONTI-
BVS altis.
Lumine vel ſpectat ſic propiore Deum.
Sidere ab hinc Ghiſio micat, hinc ab ſidere Iulo
Fulget in Heſperias Meoniaſque plagas. (PHO
Iam tunc ſi MAGNO AFFVLSIT LVX VNA TRIVM-
Maior ab hac GEMINA LVCE Triumphus erit.

*Excel. D. Io. Franc. Fangareccij.*

*Alluſio ad Nomen*

# SANCTISSIMI ALEXANDRI SEPTIMI,

Cuius auſpicijs dicat.

## EPIG.

Regium Alexandrũ ſub Principe Grande ſophorũ
Naturam, atq; Deum iam didiciſſe patet;
Iam ſub ALEXANDRO ſapientum, ac Principe Regum
Vtrumque VRBANVS vel docuiſſe poteſt.
Nobilitas, diſcendi ardor; laus clara magiſtri
Emicat, VRBANVM gloria quanta manet?
Magnus Ariſtoteles præfulſit; maior Aquinas,
Maximus Vrbanus, luce vtriuſque nitet. (STRO
MAXIMO ALEXANDRO ſcit IVLO VRBANVS ab A-
Vno is ALEXANDER ſit minor ipſe Deo.

*Eiuſd.*

AL-

ALLVSIO AD NOMEN, ET AVSPICIVM

*Eminentiſsimi ac Reuerendiſsimi Card.*

# IVLII SACCHETTI

Eius Patrui.

IVLIVS VRBANVM, as VRBANVS IVLIVM honorat,
Par ſit vtrique decus; par ſit vtrique ſonus.
NATVRÆ ATQ; DEI documenta tuetur Athleta,
Aut Deus hunc docuit, vel docet inde Deum
Dixerim vtrumq; ſed eſt maior Natura, Deuſq;
Supra Naturam Dogma, Hominemq; Deus.
De Mũdo, ac cælo VRBANVS ſub SIDERE TANTO
Dimicat, in Cęlis ALTER, & orbe micat.
Suſtentaſſe vices poſt ſidus Iulium honoris
Poſt & ALEXANDRVM Soſpitet indè Deus.

*Eiuſd.*

SIgnor, che per la via del gran Tebano
Formi sù molle piè paſsi giganti,
E ſcopo à i più bei fregi, à i maggior vanti
Stanca ogni lingua fai, laſſa ogni mano.

Per te dal Ciel Felſineo al Ciel Romano
Batte Fama indefeſſa ale volanti,
E mille in ſpalancar bocche ſonanti
Tutte incurua le ciglia al Vaticano.

Quindi cor non è in petto, ò in cor deſio,
Che te non brami in frà vermigli Eroi
Dar purpurei rifleſſi à i rai del Zio.

Ma pria che là t'innoſtri, hoggi qui vuoi
Con l'aſta di Virtù ſuenar l'Oblio,
Tutto sù la Preteſta à i merti tuoi.

*Del Sig. Vincenzo Maria Mareſcalchi.*

Au-

AVrea quid tollunt inaratas ſecula terras
Fundere frugifero larga alimenta ſinu?
Et tibi laurigeros Vrbanę frontis honores,
Et faſtos ſenio frons inarata parit.
Hęc fontem vt mittas virtus ſudata rigauit,
Vtque tui floris fructus haberet honos.
Sic macte, & creſcat virtus creſcentibus annis,
Æmula ſemper erit te tua fama minor.

*Excellentiſſ. Iacobi Danioli.*

*Alluditur ad ſtemma in quo color albus nigrum ſupereminet.*

EIa age, rumpe moras, Sophię certamina perfer,
Nec mentem tardent arma inimica tuam;
Lumina virtutis victricia tela miniſtrent,
Errorum, & tetras diſcute iam tenebras;
Intonet auratum ęs Famę, victoria namq;
Virtus dat palmam nobile ſtemma notat.
Hoc notat OBSCVRVM NIVEO dominante colore,
Lumine virtutis dum tetraquęq; premis.

*A.F.F.*

*Al-*

# Alluditur ad Montem inſculptum in Concluſionibus.

ARdet inacceſſa Macedo Dux Rupe potiri;
Alas ira facit, Miles ad alta volat.
Cępit Alexander, ſed tu (mirabile) Montem
Mittis ALEXANDRO; hæc ſunt Iouis, illa Ducis.

D. Bonauent. de Rubeis.

## De eodem.

ROmanum, vt virtute petas, VRBANE, Tonantē,
Octauum hunc ſeptem Collibus adde Gigas.

Eiuſdem.

Di

DI Porpora veſtito al tuo gran Zio,
C'hebbe ſul dotto Ren ſcettro gentile,
Tutta s'offerſe con tributo humile
La mia, ſol de' gran merti, amica Clio.

Giunſe con l'opre nò, mà col deſio,
Colà, doue diuota alzò lo ſtile.
Egli il nobil penſier non hebbe a vile,
E l'interno del cor mirò qual Dio,

Hor l'iſteſſa mia Muſa a Te s'inchina,
Signor, che di Natura a l'opre intorno
Moui pien di ſaper l'Alma Regina.

Ben ancora d'Aſtrea con modo adorno
Moſtra il tenor l'inſegna tua diuina,
Ch'egualmente diuide, e notte, e giorno.

Del Sig. Gaſparo Bombaci.

Più

PIù d'vn Gioue, e d' vn Marte a Roma, al Mondo,
E di Creta, e di Tracia ogn'hor riuale,
Per viuer con gli Eroi vita immortale,
FLORA, già partorì tuo ſen fecondo.
Di vna Pallade noua, hora, e di vn biondo
Febo ſi ammira in te l'alto natale;
Tua prole è VRBANO, il cui ſaper preuale
A la Diua d'Atene, al Dio facondo.
Sparge ſoaui d'eloquenza i fiumi,
O canti, ò ſpieghi ad erudito choro
Di Stagira, ò di Coo gli ampi volumi.
E già inchinarlo a gara il Moro, e l'Indo,
Coronato di Platano, e d'alloro,
Lui, nel liceo Minerua, Apollo in Pindo.

*Del Sig. March. Alfonſo della Valle.*

## IN EMBLEMA THESIVM.

CLarus Iuleo cum ſidere ſurgis, & Alas
Miles Alexandri per iuga montis habes;
Clarior vt ſurgas ad GHISIA SIDERA perge
Inde tuis tanges ſidera ſideribus.

N. N.

ET me non ſolitum grandia garrulo
Plaudentis ſonitu dicere barbiti
Huc accita nouis plauſibus inſcium
Dixiſſe ad numeros Fama iubet loqui.
Parebo? an gracili ſurgere denegem
Impar Mæonijs carmine cantibus?
Impar Pindaricis fronde cupreſſibus
Vuirgulti tenuis frons humilis negat
Surrexiſſe minor vix folijs virens.
At non indocili muſa ſilentio
Torpeſcet: faciles Fama curulibus
Aſſueta aerijs huc celer admoue
Alas remigio, queis ſuper inſidens
Curſu per liquidos euehar alite
Calles: en pedibus me eripio ſolo;
Aſcendo volucres pondere non graui
Pennas; iam ſedeo: ſolue volantibus
Plumis Æoliæ fræna licentiæ,
Quà ſe ROMVLEIS SIDERA MONTIBVS
BIS SENIS rutilo crine ſuper ferunt;
Romaniq; Iouis frondibus explicat
QVERCVS ſacra ſuis vmbriferum decus.
Huc me vecta leuis ſiſte: micantibus
Aſtris perſpicua ſede propinquior
Solers dextera opus nobile ſuſcipit.
Induſtri calamo luminis, ætheri,

 Quà

Quà ſe perpetuo baltheus explicans
Gyro ſidereus flectitur, aſſerit
Laudes conſpicui Nominis; excipe
Quæ inſcribo inſolito more Galaxia;
Et grandes animi ſideribus tuis
Dotes iunge, noua luce nitentior.
VRBANE Heſperij gloria fluminis
ARNI dulcis amor, prodiga FLOREVM
Cui natura parens exhibuit ſinum;
Cælo inſculpte diu ſoſpite gloria
Heros viue; tuis aucta decoribus:
Hæc pars occiduos lucida cardines
Felix labilibus neſciet orbibus.
VRBANVM radijs ſidera flammeis
Huc aduecta colent; dum minor hoſpitis
Rhenus ceu famulo murmure gurgitis
Applaudit; tumidis creſcit honoribus
Virtutis ſapiens Aſſecla diuite
Quos cenſu liquidis mercibus addidit.
Ales Diue Iouis fulgide, iramiti
Aſtrorum prius ò inſite lacteo,
Vires, quas; Aquila non minor, exerit
VRBANVS celeri mentis acumine
Scriptas redde, acie luminis, integro
Obtutu penetrans abdita, legibus
Quæ Natura parens innumeris tegit.

Tù

Tu Alcide iaculum luce refer tua
Ictus, queis pharetra miſſile multiplex
Depromptum ingenij; cuſpide Vultures
Romanæ Fidei diſijciet ſacra
Hoſtes, dum Angelicæ iura potentiæ
Defendiſſe parat mens ſtudioſior.
Cantus Cycne habeas, Aonidum choros
Queis ſuaui recreat carmine, laureum
Pindi dulcè ſonans quos repetit nemus.
At quæ ſede nites Caſſiopeja
HEROI aſtriferum tu Sapientiæ
Exornes ſolium, quo Sophiæ ſuper
Regnans Imperium Dux regat, altior
Quem vel Sidonio murice fulgurans
Vaticana manet ſceptra ferens Thronus
Dextræ bis meritæ debita IVLII,
Non virtute minor quæue gerat NEPOS.
Hoc ſacris redolens Ara vaporibus
Fumans thuriferis ignibus exhibe,
Cum Summus populis Sacra verentibus
Antiſtes Superis offeret Arbiter.
Te non diſſimilis Nauis Iaſonis
Cælo adſcripta decent auſpicij omina:
VRBANE, o vtinam Romuleam Ratem
Viuens Typhi vehas, flamine cælico
Afflante æthereis addite portubus.

 Illu-

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Abbatis
# VRBANI SACCHETTI
cum Alexandro Magno Parallela dum
# ALEXANDRO SEPTIMO
## PONTIFICI TER MAXIMO
Suas Philoſophiæ Theſes dicat.

Suſpicite mortales, rara virtutum exempla
Demiramini arenam, pugnam, Victoriam, Trophæa
Togæ, & Sagi.
Ad Cælum inuias ſibi aperit vias Alexander militari
Robore.
Conterminis Cælo Montibus VRBANVS ad apicem gloriȩ
Nouus Sophiæ athleta pergit inuictus.
Vterque magnus maximis aſpirans
Vterque Clarus cæleſte iubar attingens,
Quid mirum ille ſtrenuus, & vitiorum domitor ſi ex Herculis
Progenie?
Iſte ab illuſtri familia, didicit ſibi famulari delicias,
Et opes vt
Domi quam foris earum prauam edomaret potentiam, &
in Herculeo biuio triumpharet.
Quid memorē omni virtutū genere verè Eminentiſs. patrui
Adhuc adoleſcente VRBANO preſſa adamuſſim veſtigia?
infinitum pro tabula foret,
Ni reuerendo ſilentio cuncta perſtringantur.
Alexander in Diogene, & omnigena moralis Philoſophiæ
com-

compage detineri auguratur.
Tù probatiſſimis moribus excultus Philoſophorum ſaniorũ
Ideas aſſumpſiſti
In hoc ſolũ diſpar Alexandro, quod tu modeſtia præcinctus
ideo maximè laudandus, quod laudatores auertis.
Ille Achillis fortunam æmulatus Homerum ſortitam
ob nimium gloriæ affectum inglorius.
Peripateticæ Scholę alter ſe tradidit Alexander VRBANVS
vt ab Vrbis Sacratiſsimo Antiſtite ALEXANDRO
pretioſiſſimas Quercus Coronas proprio quæreret
capiti, philoſophicam Laurum illuſtraret,
Et gloriæ fulgores a Vaticani Sydere auſpicaretur.
Cælicolum excelſas ſedes lux iſta penetrat.
Aureus hic ramus pandit ad ima vias.
O' verè beatum ALEXANDRI Septimi Regnum,
Quod triumphales faſces litterarij otij
prætulit Orbi, Vrbi, & VRBANO.
O' tutiſſimum diſciplinarum omnium propugnaculum,
& heroicæ munificentiæ caſtrum
palmis ſemper virentibus obſitum.
Ad quarum vmbram excubant virtutes,
Fortuna quadrato in lapide Eccleſiæ fixa inconſtantiam
exuit,
Muſarum lectiſſimæ ſedes vndiq; inſtructæ, & plauſus omnis
vberrimi apparatus
Exulta igitur VRBANE hoc triumphali arcù exceptus,
anteuertit enim victoria pugnam.
Immortalitatis Theatrum Eccleſiaſtica renidens purpura,
Quam Ianus bello, ac pacis deſignator Felſineo
rectiſſimè conſtitit gubernaculo,
Et doctiſſimis virorum ordinibus excultum impiger ſubi:
Accipè arma, præcinge oleam;

Sint

Sint flumina eloquentiæ, fulmina hoſtium.
Sapientiæ oracula in oſequium, & admirationem pugnaces trahant.
Tua laurea, quę modo doctis ſudorib. irigua fęliciter vernat
Capitolinas arces conſcendat, ſacriſq, intertexta Infulis
nouos induta colores purpuraſcat.
Sic Alexandrum tuum non tè maiorem licet magnum agnoſces
ALEXANDRO Vaticano Regnante in Solio MAXIMO
cunctiſq; cæleſtibus donis cumulato addictus
Inter delectos Apoſtolicæ nauis miniſtros adſcitus proſperã
inſtituere nauigationem non dubitabis optimè doctus,
quod qui ſibi ſapit maximè ſapit:
Tabellam iſtam pro foribus æternitatis templo inſtar
Thebani Senis ex deuincti animi Voto
tibi gloriosè VRBANE appendit.

*Galeatius de Poetis Philoſoph. & I. V. D.*

